

VI.

DISPUTATIO PHYSICA.

DE

COCTIONIBUS

QVAM

DIVINA ASSISTENTE CLEMENTIA

Sub PRÆSIDIO

JOHANNIS RUDOLPHI
SALTZMANNI

Medicinæ Doctoris, Phys. Professoris
Publici & Medicæ Facultatis
Assessoris

SOLENNITER defendere conabitur.

JOHANNES HENRICUS AGERIUS Argent.

Ad diem 12 Septemb. horis-locoq; solitus.



ARGENTORATI,

Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFI,
Imprimebat JOHANNES SCHÜTZ.

Anno M. DC. LXIX.

1668

Quæst. XII.

An varietas ciborum sanitati inserviat, an vero non?

Resp. Nonnullis omnino approbatam varietatem ciborum & convenientem esse, cum primo etiam in corpore datur varietas quædam magna, secundo, quia cibus simplex facile sanitat, quod verò varietates minimè faciunt; tertio illud, quod appetitu editur, melius à ventriculo accipitur atque concoquitur: hinc varietates non adversari videntur sanitati. Contrariam vero quidam partem defendantes, sic loquuntur: Victum similiissimum esse optimum & vix aliud magis atque sæpius morbos causari graves, quam varietates ciborum simul assumptas; nam ciborum varietates concoctionem in ventriculo impediunt atque irregularem reddunt. Verum utrumque præstare potest: Distinguendum enim inter varietatem disjunctam & conjunctam. Conjuncta varietas dicitur, cum in una cœna seu prandio multi diversi cibi traduntur atque eduntur, de qua varietate optimè dici potest proverbium illud à Medicis prolatum: Variedad ciborum est causa morborum, nam, cum unus cibus cintius concoquatur altero, & ita conformitas vel mutatio cibi in Chylum in ventriculo impediatur atque turbetur, perinde, ut concoctio in olla, si quis carnes agninas & bubulas simul in una olla coquat. Deinde etiam ob variorum ciborum varia temperamenta & qualitates sæpius fit, ut ventriculo vis inferatur & laedatur per ructus inflationesque inde ortas. Disjuncta vero varietas appellatur ea cum tempore diverso & diversa alimenta assumuntur: ut, cum quis hoc die carnes, altero, tertio vel quarto pisces comedit, hæc tum varietas valetudini adversari minimè potest, siquidem natura novitatis atque varietatis est avida. & si semper uno tantum genere ciborum vescimur, tum concoctio mutila atque manca evadit.

*Sit D E O laus & gloria,
In sempiterna sæcula.*

Pereximio DN. DISPUTANTI,
Affini suo & Amico plur.
dilecto.

A GERIUS de coctione disputat,
Affinis & Amicus meus, Conamine
Laudabili: probatque juvenis egregii
Mores, studia, dissentium & docentium
Cohors. proin si precibus effici potest
Quod colo, precor, memor ut PARENTIS optimi
AVIq; sit AGERIUS, benè coquat, digerat,
Opemque ferat hominibus, & DEO placeat.

scr.

ολοκαρδ.

Johannes Faustius S. Th. D.
Logic. & Metaph. P.P.

Aggere præclaro (factum laudabile præfas:) Præclarè cingis nomen utramq; tuum. Doctrinæ hoc monstras fundamina certa politæ, Dum Tu Naturæ nobile pangis opus. Perge bonis cæptis Physicos tractare labores, Quos possis arti jungere post medicæ: Sic fies tandem maturus in arte medendi Et Physico-Medicus, & Medico-Physicus.

Hisce volebat adfectum pronum ergo Nobilis. Dn. Respondentem amico dulcem demonstrare

*Paulus Francisci Corona-Transilv^o
Med. Cult.*

DE culto gratulantur Agro sibi Dulcis Amice
AFFINES, quorum Constat amicitia,
Hi finem si quando tuum, quemcunque præoptas,
Cognôrint, dicent: Euge! Virescat Ager!

Pos. Amico

Amicus

M. Joh. Adolph. Ferber.

Præstantissimo Doctissimoque
DOMINO DISPUTATURO
Amico facile primo.

NVnc RESPONDENTI docto tu splendida Clio
Cinge comam lauro, nec non cane mox pede vineto,
Quæ potis es numeris fluitantia nectere verba,
AGGERII ingenium, rursum quod differat aptè,
Ac moveat linguas (ad dulcia carmina) vatum,
Obstet ne meritis oblivio livida justis.

accinuit

Johannes Seidelius
Argentinensis.

FINIS.